HIERONYMUS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 19r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



terra. & merebunt celi desup. eo quod locutus sim. cogitaui & non
penituit me. nec auersus sum abeo. Iuxta ira misericordia dei. omnis terra
deseritur. sed non fit consummatio. ut sint qui intellegant clementiam eius.
Celum quoque triste uidebitur desup. & ipsa terra lugebit. eo quod domini sen
tentia ad finem usque peruenerit nec penituerit eum super his que cogitauerit
& locutus sit. Penitentia autem dei dicitur quando aufertur predicta senten
cia. & ira seuiens ad finem usque non peruenit. Minatus est per ionam. & impen
dentem gladium lacrimarum & gemituum multitudo superauit. A uoce
equitis & mittentis sagittam. siue intendentis arcum. fugit omnis
ciuitas siue regio. Ingressi sunt ardua. & ascenderunt rupes. Quidque
sequitur. & ingressi sunt saltus siue speluncas. a lxx additum est.
Uniuerse urbes derelicte sunt. & non habitat in eis homo. Describit
sermo diuinus. babilonii furentis exercitum. quod a tremore eius
cunctus populus dereliquerit ciuitatem & ardua queque ascenderit.
& tamen iram dei non potuerit declinare. Quicquid autem ut supra diximus in his
toria intelligitur contra hierusalem refer ad ecclesiam. cum offenderit
dominum & tradita fuerit aduersariis. uel persecutionis tempore. uel
certe uiciis atque peccatis. Tu autem uastata quid facies. Puastata
quod hebraice dicitur sadud. quod solus interpretatus est aquila. alii
transtulerunt miseram atque miserabilem culpa sui que clementem of
fenderit dominum. Denique sequitur. Cum uestieris te coccino & ornata
fueris monili aureo. & pinxeris stibio oculos tuos. frustra
componeris. Contempserunt te amatores tui. animam tuam querent.
Sub figura adultere mulieris loquitur. Cum semel offenderis dominum.
& quasi uirum tuum reliqueris creatorem. frustra ornamenta per
quiris. Contempserunt te demones amatores tui. & neque quam
stupri inmundiciam. sed anime tue querent interitum. Hoc idem
intellegendum spiritualiter contra eos. qui coniugales affectus. &
uere fidei pudicitiam perdiderunt. Sic inquit uestieris cocci
no sanguinis xpi assumpseris fidem. si monili ornaueris aureo.
meditationem habueris sensus & intelligentie spiritualis. & pin
xeris oculos tuos stibio. habueris studium mysteriorum. & dei
secreta noscendi. frustra componeris. Hec enim etiam tuis ama